satisfacere ac a iudicio pati debebit et tenebit, seque ac suos succes-
sores ad ea omnia inscribit et obligat praesentibus, quadem Termi-
num primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequen-
ter causas eiusque terminos semper peremptorios, circa infir-
mitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione extra
deserta Regnum servitio militari ad munimenta ad
iuridicior, vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo. Ad quietationem ... ultra
praesentis Officij praefati Castrensis Praemysliensis terminos dillationes
sibi non recipiendo, nullasque actiones et appellationes ne eandem
persecutiones faciendo, ac praemissa omnia per nos simplicibus
vel triplicatis ... suspensionibus, ...
proscriptione ..., Bello, Conventione vel alijs qui-
bus iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec quovis
alio modo evadendo. Mediante personali recogni-
tione ad praemissa omnia mediante.

Sokalski Ratynskim Coniugibus cum oblata Consensus Cedit.

et Copia [illegible] Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus
Comparens personaliter Generosus Stephanus Dobrzycki
Sokalski sanus mente et corpore existens a Termi Distri-
ctibus Iuribus ... quibusvis ... et com-
petentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi iuridicioni quoad actum modernum attinet sese

1450 ~~1096~~

Successoribus ac bonis suis quibus universis totaliter et plenarie in ea
porrexit atque subjecit palam libere publice ac expresse
recognovit. Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Sacrae
Regiae Mattis Dni nri Clementissimi sibi Recognoscenti
ad infrascripta recognoscenda gratiose collatis. Quarum est tenor talis:

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae
Smolensciae, Czerniechoviaeque, nec non Suecorum, Gottorum
Vandalorumque Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis
et singulis, Ea esse inter nos, ac totam Rempublicam
Generosi Stephani Dobrzycko Oskalski in arduis negotiis,
belliq. momentis, praestita merita, ut ea omni occasione benignis
benevolentiae nostrae testificatione compensata velimus
libenterq. desiderijs illius annuamus. Cum itaque in animum
suum induxisset de omni et integro Jure suo Advitalitio,
quod ipsi super bona certa, seu fundum dictum Zolembia
Karczma, unacum area Sapuzyst dicta in Villa Jasliana..
vulgo dicta, in Capitaneatu Premyslien. existen. cedere, illudque
in personam Generosorum Casimiri Ratynski et Helenae Bar..
toszewska Coniugum transferre et transfundere: Nos
Considerantes singularibus ipsis erga nos ac Domum Nostram
Regiam meritis, facile in eam Cessionem consentiendum nobis
illamque permittendam esse duximus, Uti quidem consentimus
et permittimus praesen. Quae quidem Cessio, Jurisque transfusio,
postquam coram Actis quibusvis authenticis Regni facta

et inscripta

et recognita fuerit, Eam nos ratum et gratum habituri sumus,
Uti talem quae praecedente hoc consensu nostro Regio pagetur,
Vigore itaque Cessionis praesentisque Consensus nostri praefati
Generosi Ratynscy Coniuges, praedictum fundum Golembia Kar-
czma dicta Una cum area Sapuzayl nuncupata in Villa Jasliana-
nie in Capitaneatu Premisliensi existens, cum omnibus agris pra-
tis campis, sylvis, nemoribus, rubetis, fundis, areis, molendinis
piscinis, lacubus, aquisterys, subditis, eorumque Censibus et laboribus,
Commodis, Utilitatibus, et emolumentis, attinentiis et pertinentiis
Universis, nullis prorsus exceptis ambo in solidum tenebunt,
habebunt et possidebunt, ad extrema Vitae suae aut Uno
Vita functo alterius Superstitis tempora. Promittimus
autem pro Nobis aut Serenissimis Successoribus nostris non
esse nos Serenissimosque Successores nostros, praenominatos
Generosos Coniuges, quoad vixerint aut alteruter eorum superstes
vixerit, ab usu et pacifica possessione dictorum bonorum seu fundi
amoturos, aut alienaturos, neque amovendi aut alienandi
Cuipiam potestatem daturos, sed salvum ac si integrum Ius
advitalitium ambobus in solidum Conservaturos, idque Sere-
nissimi Successores nostri praestituri sunt. Morte vero
ipsorum non prius dicta bona seu fundus ad dispositionem
nostram redibit, donec summa in Literis Originalibus
inscripta vel ex taxa Commissariorum nostrorum fuerit
Successoribus ipsorum realiter persoluta fuerit, Juribus
nostris Regalibus Ecclesiis Catholicis Reique

Salvis. In Cuius rei fidem, presentes manu nostra subscriptas, Sigillo Regni nostri Communiri mandavimus. Datum Varsaviae die Septima Mensis Septembris Anno Domini M DC LXVII Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XVIII Anno Locus Sigilli Maioris Cancellariae Regni, Joannes Casimirus Rex Franciscus Prazmowski Regens Cancellariae Regni, Post cuius Ingrossationem Originale eius Offerenti per Officium praesens extraditum est. De omni et integro Iure suo Advocatialio in: fracto quod sibi Reyniti super Advocatiam seu Tabernam Golembia Karczma dictam cum duabus areis Samionska et Markowska nuncupatis et super liberam incisionem lignorum in Sylvis ad Capitaneatum Praemysliensem obvenis spectantibus, acervias Furt dictas, fundum dictum Superduxit cum omnibus aedificiis et areis necnon Agrum Certum Klyn dictum et alterum penes Campum dictum Obszar a granicie dicta Hierczakowska per montem usque ad Stagnum inter Vias unam Husakow alteram ad Praedium Dzieniszczyce consistentem, tam super agros Hayduskow vigore Privilegiorum tam Sacrae Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi antiquitus, quam Illustrissimi et Magnifici Ducis Radzivil ad praesens Vicecancellarii et Exercituum Ducis Magni Ducatus Lithuaniae spectat et Convenit, tum de omnibus tam Sacrae Regiae Maiestatis Domini nostri Clementissimi quam eiusdem Illustrissimi et Magnifici Vicecancellarii Magni Ducatus Lithuaniae super bona superdicta Privilegiis, Approbationibus, Commissionibus, generalis Taxae Inquisitionibus

Decretis

Decretis quibusvis respectu bonorum suprattorum Coram quovis
Judicio et Officio Regni etiam Sacra Regia Maiestatis platis
obtentis et subsequentis, Nec de summis ac poenis quibusvis
Decretis et Commissionibus adiudicatis ex Inquisitionibus per
Sacram Regiam Maiestatem adiudicandis ac de omnibus Contentis
in Commissionibus specificatis, cum parata et pacifica
bonorum eorumque seu Advocatiis praedictis super omnes
agros, prata, campos, sylvas, mericas, stagna Intromissione
et pacifica possessione, Cum omni praemissorum Jure Domi-
nii, proprietate, Competentiaque et prorogativa quarum omni-
busque et singulis Juris praedictorum atque Privilegiorum
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentis,
ac nexibus in universum omnibus bonorum praedictorum Utilitatibus
fructibus, proventibus, redditibus, Commodis, emolumentis,
obventionibus attinentibus et pertinentibus quarumcunque universis, Nihil
ex praemissis Juris Dominii, proprietatis ac cuiusvis compe-
tentiae et prorogativae pro se Ravite aut quopiam alio
reservando seu excipiendo, verum prout praemissa
omnia et singula ipsemet Recognoscens tenebat, habebat
et possidebat, ipsique Concernebant ac eidem serviebant. Iam
ex nunc et de facto Dominis Casimiro Rutynski et Hele-
nae Barthoszewska Coniugibus legitimis Caeptatabis
sufficienti in omnibus satisfactione Cessit et Condescen-
dit, prout Cessit et Condescendit praesens, omne et integrum
Jus suum sibi ad praemissa serviens, in personam praefatorum

Gnosorum Ratynskich Coniugum Cessionariorum suorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout praesentibus transfert transfundit et incorporat. In quae quidem bona Advocatiae praefatae, praemissaque omnia et singula praedicta praefatus Recognoscens Condescensa similiter et de facto praedictus Recognoscens Gnosus Sokalski Dobrzynski supra nominatis Gnosis Ratynskim Coniugibus Cessionariis suis Coram Officio praesenti dat, et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos quoscunque volentem Officiosi acceptandam. Per ipsos Gnosos Ratynskie Coniuges Cessionarios suos hoc idem Ius praesens cessum ac bona praemissaque omnia praedicta transfusa cum Universis eorum Utilitatibus, et Ususfructibus, tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac in usus suos quosvis beneplacitos libere deffectuendi Convertendi Iuris Originalis ea omnia latius in se Complectentis praesentisque Cessi et transfusi Vigore. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia ~~mediante~~.

6/II 1669

Tiszovice Laudi Feria Quarta ipso die Festi Sanctae Dorotheae Virginis et Martyris Anno